

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Exercitacio d  
cum fonte primo

Egrescit profecto ingenium nisi iugi lectione reparetur.  
Cito expenduntur horrea que assidua non fuerint adiectione fulcita.  
Thesaurus ipse quam facile profunditur,  
si nullis iterum pecuniis compleatur.  
Sic humanus sensus cum alieno non farcitur inuento,  
cito potest attenuari de proprio.

Cassiodorus libro IIII. epistolarum.

Aegrescit profecto ingenium, nisi iugi lectione reparetur.  
Cito expenduntur horrea, quae assidua non fuerint adiectione fulcita.  
Thesaurus ipse quam facile profunditur,  
si nullis iterum pecuniis compleatur.  
Sic humanus sensus, cum alieno non farcitur inuento,  
cito potest attenuari de proprio.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.praef.8-9  
(CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.421, ll.54-59).